

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 10

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 9.

Liber 9^{mus}

Tit. 1.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
Hunc titulum prosecuti sumus inst. l. 4. §. 9.

Titulus 2.

Ad L. Aquilianam

De hoc titulo diximus inst. l. 4. §. 4.

Tit. 3.

De his, qui eiecérunt, vel effu-
derint.

~~Hunc titulum.~~

Pro hoc titulo videantur, qua
inst. l. 4. Tit. 5 de obligatio-
nibus, quae ex quasi delicto nas-
cuntur, dixerimus.

Tit. 4.

De noxalibus actionibus

De istis actionibus tractavimus
in inst. l. 4. Tit. 8.

Lib. 10.

Liber 10

Tit. 1.

Finium Regundorum *

* h. e. terminum
distinguentium

Q. 1. Sunt ne aliqua judicia mixta, et duplicia? R. Affirm. siquidem non tantum mixta, quae tam in rem, quam personam dantur §. 10. in it. de act. sed et simul duplicia, in quibus utrinque litigantes et Actores et Rei sunt l. 12. §. 10. ff. h. Qualia sunt finium re- quadorum, Familiae Cruescunda com- muni dividendo l. 13. ff. de judic.

Q. 2. Quid est iudicium finium re- quadorum? R. Actio mixta stricti juris, qua confines de limitibus praediorum rusticorum contendunt, l. 1. et seqq. ff. h.

Q. 3. Quomodo distinguitur à vindicatione?

R. Vindicatio est rei ipsius adversus possessorem, at in hoc iudicio tantum de finibus quaestio vertitur: sic, ut in vindicatione de finibus tantum per modum consequentiae de corpore vero directe fiat ^{sit} controversia; Hoc vero iudicium fit pro vindicatione rei non directe quia corpus spectatur, sed tan- tum per accidens, quae principaliter de finibus agitur, l. 1. ff. h.

Q. 4. ^{contra} ^{contra} Quos datur hoc iudicium? R. non inter socios, quia aliquis idem contra se ageret, sed contra Dominos vicini praedii, vel qui jus in re habent, modo

sint confines; confines autem sunt, licet rivus privatus interveniat, non autem si via publica, vel flumen publicum l. 4. §. 9. et ult. l. 5. ff. h.

Q. 5. Ad qua praedia pertinent haec iudicia? R. ad rustica, non urbana, licet etiam sint ruri d. l. 4. §. per. Aedificia enim parietibus satis distinctantur. Ceterum haec actio etiam utiliter instituitur in urbe, quae de hortorum latitudine inter vicinos contro-

7 vertitur l. 4. ff. h.

Q. 6. Quid petatur hoc iudicio seu actione?

R. 1. distinctione finium rite fieri, vel fines renovari; 2. praestari, quod interest fines non fuisse mutatos, vel exarator d. l. 4. §. 1. nec non restitui omnes fructus post litem contestatam, vel antea mala fide perceptos d. l. 4. §. 2.

Q. 7. Quod erit officium iudicis in hac causa? R. Vera sequetur monumenta, finiumque, antiquis libris, vel testibus probatos, si recentiores possessionumque probationes non sat efficaces fuerint, l. 11. et seqq. ff. h. Quod si nullis terminorum vestigiis, nec vicinorum testimoniis, aut in similibus aliis modis res expediri nequeat, recte iudex, misso aliquo agri menfore novos terminos statuet, et indubitata quoque aliqua parte ex unius fundo alteri adjudicare poterit, condemnando hunc in pecunia aliquam ei praestanda, cui pars fundi fuit ablata l. 2. ff. h.

2. 8. Quot annis tollatur hac actio? R. tan-
tum triginta l. fin. h., quia act mixta, qua partim
ex jure in re, partem ex jure ad rem oritur.

2. 9. Concurrunt ne cum hac actione alia? R.
potest quod possit etiam criminaliter agi prop-
ter terminos dolo malo motos, vel ex lege Agra-
ria, ad 50 aureos l. ult. ff. de term. term. motis
vel ex rescripto Hadriani ad poenam arbitra-
ria, arg. l. pen. ff. code.

TIT. 2
Familia eriscunda

* i.e. hereditatis
dividenda

2. 1. Quid est iudicium familia eriscunda?
R. est actio mixta, duplex, bona fidei, compa-
rans ad divid. divisionem hereditatis officio iudi-
cificanda instituta.

2. 2. Inter quos datur? R. Inter coharedes
l. 36 ff. h. ~~non tantum uno agente, sed etiam~~
uno agente tantum, sine possideat, sine non etiā
ceteri coharedes, dividi volint, l. 2. l. 43 ff. h.
nemo enim invitus in comunione remanere con-
pellitur l. fin. C. commun. divid.

2. 3. Quana res hac actione veniant? R.
Omnes hereditariae, tam immobiles, qua mobi-
les, non solum ea, qua directe ad hereditatem
pertinent, sed etiam aliena, qua defunctus bo-
na fide possedit, vel pignoris loco habuit
l. 8. s. i. et 2. l. 9. et seq. ff. h. Non vero huic
pertinent res malis artibus acquisita l. 9. ff. h.
nec perniciosa, putilibus prohibita, ^{et similia} C. de qua pro-
tinus sunt tollenda. Neq. veniunt nomina, id
est, credita et ob debita, quia ipsi jure sunt divi-
sa l. 6. C. h. hinc est, quod quilibet heredum
absq. omni ulteriori hominis divisione pro sua
portione hereditatis agere, vel conveniri potest.

Si autem stipulatio de eorum divisione ab eis à
coheredibus sit facta, ei statuitur, l. 2. ff. h.
Imo et nonnunquam ad officium iudicis pertinet,
ut debita et credita singulis pro solido attri-
buat, ita tamen ne per hoc creditoribus pra-
judicetur l. 3. ff. h.

Q. 4. Qua petantur hac actione? R. ut res
hereditaria dividantur quam fieri potest
optimè, nec non restitutiones fiant, necpe
ut restituantur 1. quae à coheredibus sunt
sublata. l. 3. C. h. vel dolo aut culpa dete-
riora facta, vel amissa sunt l. 19. C. h.
2. fructus à coherede percepti qualibet
ratione l. 9. C. h. 3. sumptus quos actor
fecit l. 25. §. 18 ff. h.

Q. 5. Qua forma hac actio proponatur?
R. facta narratione de obitu defuncti, et
hereditate litigaturis communiter relicta,
petit actor, si non possideat ipse, reum, qui
possidet, condemnari, ut actori inventarium
harum omnium hereditarium exhibeat, et
cum actore procedat ad divisionem earundem
praestetque omnes fructus ac evoluta, dan-
numque ac interesse. C. Si autem reus non pos-
sideat hereditatem, agit actor ad inventarium
communis nomine faciendum et ad divisionem C.

Q. 6. Quid si actor negetur esse coheres?
R. non habet locum hac actio, sed de iure
hereditatis primum disputandum est, l. 36. ff.
h.

Q. 7. Quod est officium iudicis in hac actione?
R. ante omnia expendet, an defunctus divi-
sionem fecerit, et illam sequi oportet, si le-
gitimè facta sit l. 20. ff. h. Quod si de ea
non constet, res hereditarias omnes pro rata

aqualiter dividat, : aut si non pateatur di-
visione, uni potiore partem, alteri pecunia
vel uni proprietate, alteri usufructu adju-
dicabit l. 25. ff. h. ~~post de off~~ habebitque
ratione omnium personalium praestationum
et collationes. Si enim jubebit. Ita autem
res commodissime distribuet, si tot faciat
partes, quot sunt heredes, et tum forte
rem dividat arg. l. ult. C. Com. de leg. ni-
si in alium modum ipsi coheredes consentiant.

2. 8. Positum ne rescindi divisio facta sub
pretextu laesionis? R. si a testatore fit
facta, solum attenditur, an et legitima sit
relicta eis, quibus debetur, si autem a ju-
dice, vel inter coheredes privatim, habebit
locum lex 2. de C. de rescind. vendit; licet
etiam fors interveniat, quia fors in hac
re non ad quantitatem designandam adhibita
est, sed ut intelligeretur, quae res singulis
personis obvenire debeant. * Ceterum
si testator dixerit, se velle aequalitatem
inter heredes servare, et inaequaliter divide-
rit, subveniendum est coheredi, qui magnam
inaequalitatem probat, sicut arg. h. q. per.

2. 9. Debent ne etiam cautiones pro evic-
tionibus praestari? R. affirm. l. 25. §. per ff.
h. Evictio enim est praestanda, sive sine
testator dividerit, sive iudex, nisi testator
praescripserit, l. 44. §. 8. ff. de leg. 2. Quod si
cautiones de evictione non sint praes-
tae, ipso jure inesse videntur l. 14. C. h.

3. Communi Dividendo

2. 1. Quid est iudicium communi dividendo? R. est ac-

Divisio mixta, duplex, bona fidei, qua, illi, quibus res particularis, v.g. ager communis, est, inter se agunt de ista re dividenda.

Q. 2. inter quos datur? R. inter eos, qui reversa sunt Domini pro ~~divisio~~ indiviso, vel bona fide sic possident, item etiam inter usufructuarios l. 9. §. 10 ff. h.

Q. 3. ad quid agatur? R. 1. ut res dividatur. 2. ut praestentur praestationes personales, sicut in iudicio familiae circumsunda l. 4. ff. h.

Q. 4. Quomodo divisio rerum fiat. R. si de pluribus agatur rebus, singulae res, aestimatas singulis adjudicet iudex l. 3. §. h. si de re una veluti fundo, si commode divisionem recipiat partes illis singulis assignet, ita tamen ut si unius pars praegravari videatur, compensatio ab altero pecunia fiat. Quod si vero commode divid. non possit res, tunc tota uni adjudicatur, alter vero ad certam pecuniam d. condemnatur l. 6. §. 10. l. 7. §. 10 ff. h. Atq; haec in re iudicem, quod omnibus utilissimum est, vel quod maluit litigatores, aequi convenit l. 21 ff. h. adeoque si inter se non conveniant de pretio,licitatio fit l. 1. Ch. et admittuntur quoque extranei emptores, atq; pecunia dividitur sociis tamen iis praefertur; Praeterea inter socios is admittitur, qui majorem partem habet pra eo qui minore. l. 34. §. 2. C. de donat. Vid. Struv. hui Th. 24.

Q. 5. Quid juris si socii conveniant, ne omnino divisio fiat? R. Huiusmodi pactum nullas vires habere manifestum est, l. 14. §. 2. h. cum sit contra Substantiam Domini, non posse unquam ad divisionem provocare in rem suam sibi sigillatim habere. Imo neq; praescriptio ob-

34
Iam, quo minus rem communem possidentes, et si Lib. 10.
etiam per 30 annos ita possederint, actione
comuni dividundo inter se agere queant,
singulis namq. pro indiviso possidentibus, fieri
requirit, ut alter alterum iure ad divi-
sionem provocandi, quippe continua rei com-
munis possessione servata, excludat.

Si tamen unus sociorum admittit, ut alter
rem antea communem separatim, et solus per
30. annos possideat, praescriptioni locus est
l. 1. §. 1. C. de ann. exc. Vid. Struv. hic Th. 27.

2. 6. Quae imperfe rectitui debent. R. quae
socius fecit in rem communem ex necessitate,
nam alia datur actio negotiorum gestorum
l. 6. §. 2. h. Caterum, quia haec actio est
bonae fidei, ideo omnia, quae de familia ex-
circunda dicta sunt, hic repetenda veniunt.

Tit. 24.

Ad exhibendum.

Pro faciliore huius tituli capta, hunc casum
in medium proferimus: Titius spoliatus a mi-
lilibus rescivit, quod quidam catena auream
ab eis comparasset, quam vindicare ipse cogi-
taverat, sed quia nondum certo constabat,
an haec ipsa foret catena, qua spoliatus
fuerat, ideo rogavit, sibi ea ostendere, et
exhibere, huius autem exhibitione denegata,
et cum periculum subisset, ne catena transfor-
maretur, ut amplius cognosci non posset, ac-
cessit iudicem, et petiit compelli detentorem
ut sibi praediceret praedicta catena, ad viden-
dum, et tangendum est. Beatur. En actione
ad exhibendum. Nunc

Lib. 10. Q. 1. Quomodo haec actio describitur? R.

R. est preparatoria, personalis, in rem scripta
et arbitraria, cuius iustum et peculiariū interesse pretendenti
et adversus quemcumque exhibendū copia haberi
si competens, ut rem mobilem ~~in eadem~~
cum omni causa exhibeat, ut ejus videnda
videnda et apprehendenda, ac postea experiendi
potestas fiat.

Q. 2. Cur dicatur preparatoria? R. quia prepara-
rat ad rei vindicationem.

Q. 3. Cur personalis? quia actor per se ea non
petit rem suam, sed solum intendit, reum autem
libere, aut dicitur quanti ut reus eam exhibeat,
quod proprium est actionū personalium.

Q. 4. Cur in rem scripta? quia licet quidam ori-
ginaliter personalis sit, at quia in quemcumque pos-
sessorem ad rem exhibendam dirigatur, ideoque etiam
in realibus actionibus saltem in consequentiam ob
ejusmodi transitum participat.

Q. 5. Cur arbitraria? quia si reus à iudice ius-
sus partitionem praestet exhibendo, tunc est absol-
vendus, sin minus, sed contumacia contrahat, peti-
tor ad juramentum in litem admittendus est.

Q. 6. cur dicatur cuius interesse pretendenti?

R. quia si pluriūm interfit, rem exhiberi, puta
si unus rem suam esse, hic usufructu in ea ha-
bere, ille possessionem, alius rursus rem sibi oppi-
gnoratam pretendat, omnes ad exhibendum recte
agunt, ob communem rationem, quod omnium interfit
L. 3. §. 12. h.

Q. 7. Cur dicatur iustum et peculiariū? R. quia
si ex causa iniusta, et improbabili petatur, eo quod
forsitan suum interesse nulla ratione, nec sum-
mariter seu obiter allegare, minus docere queat,
huius actioni non patet locus L. 3. §. 11. ff.

2. 8. Cur dicatur adversus quemcumque exhibendi Lib. 10.
copiam habenti competens. R. quia non tan-

35
tum contra eum prodita est, qui vere, hoc est, vel
civiliter, vel naturaliter simul, vel alterutro
duntaxat modo possidet. Sic creditorem intuitu
pignoris, usufructuarium, vasallum, vel emphy-
teutam conveniri posse, traditur in l. 3. §. fin.
ff. h. t. ~~quia~~ cum hi omnes restituendi facultate
habeant: sed etiam adversus detentorem competit
v. g. contra eum, apud quem res deposita, vel cui
locata, aut comodata est. l. 4. ff. h. t. Item con-
tra eum, qui dolo malo malo desinit possidere, vel
si quis corripit rem l. 9. §. 2. et 3. ff. h. t. et quia
sive exhibitio realiter fieri nequit, tunc in tan-
tum condemnatur, quanti adversus ipse actor in
litis juraverit, l. 9. §. 2. et 3. ff. h. t.

2. 9. Cur dicatur, ut rem mobilem exhibeat, quia
haec actio in rebus duntaxat mobilibus proce-
dit, cum immobiles seipsas ostendant. * ubi notandum *
quod licet res ^{mobiles} nostrae, alienae inclusa et junctae
directe nequeant vindicari, tamen ad exhibendum
agi possunt, ut excludantur et consequenter vindi-
cantur, exigitur signum in alienis adibus junc-
tum l. 6. et 7. h. t.

2. 10. Cur dicatur cum omni causa, quia non
tantum res principalis, sed etiam accessoria, ut
partes animalium, fructus, omnesque utilitates ex-
hibeantur, et si exhibitio tali modo non fieret,
vel si fieret, sed tardiori, per judicem in as-
simationem deducenda foret, l. 9. §. fin. ff. h. t.

2. 11. Cur dicatur ut ejus videnda et potestas fiat
R. ut finis hujus actionis denotetur; Quod si au-
tem res exhibeatur sed deteriorata v. g. animal
vulneratum, vel alio modo debilitatum aut alia res
mobilis deterior facta sit, cessat quidem
haec actio, sed alia v. g. ^{Damm} ~~in~~ ^{refusione} ~~in~~ ^{indemnitate} ~~poterit~~ ^{poterit} l. 14. ff. h. t.